(5) Oppidum quidam ab oppositione murorum dixerunt ; alii ab opibus recondendis, eo quod sit munitum ; alii quod sibi in eo conuentus habitantium opem det mutuum contra hostem. Nam primum homines tamquam nudi et inermes nec contra beluas praesidia habebant nec receptacula frigoris et caloris, nec ipsi inter se homines ab hominibus satis erant tuti. (6) Tandem naturali sollertia speluncis siluestribusque tegumentis tuguria sibi et casas uirgultis arundinibusque contexerunt, quo esset uita tutior, ne his qui nocere possent aditus esset. Haec est origo oppidorum quae, quod opem darent, idcirco oppida nominata dixerunt ; oppidum autem magnitudine et moenibus discrepare a uico et castello et pago. (7) Ciuitates autem aut coloniae aut municipia aut uici aut castella aut pagi appellantur. (8) Ciuitas proprie dicitur quam non aduenae sed eodem innati solo condiderunt. Ideoque urbes a propriis ciuibus conditae ciuitates, non coloniae nuncupantur. (9) Colonia uero est quae defectu indigenarum nouis cultoribus adimpletur. Vnde et colonia a cultu agri est dicta. (10) Municipium est quo manente statu ciuitatis ius aliquod minoris aut maioris officii a principe impetrat. Dictum autem municipium a muniis, id est officiis, quod tantum munia, id est tributa debita uel munera, reddant. Nam liberales et famosissimae causae, et quae ex principe proficiscuntur, ibi non aguntur ; haec enim ad dignitatem ciuitatum pertinent. (11) Vici et castella et pagi hi sunt qui nulla dignitate ciuitatis ornantur, sed uulgari hominum conuentu incoluntur, et propter paruitem sui maioribus ciuitatibus attribuuntur. (12) Vicus autem dictus ab ipsis tantum habitationibus, uel quod uias habeat tantum sine muris.

(3) condit *f* : -et *TUX H* condidit *D* || aret *UX DHf* : -at *T Li*. || faciat *T^{nc}UX* : faciet *H^{nc}* facit *T^{nc} DH^{ncf} Li*. || sustollat *TUX DHf* : -it *Li*. || portet *TUX DHf* : -at *Li*. || uocet *TUX DHf* : -at *Li*.

(4) iuuenorum : iuuenulorum *X* || serentis : serpentes *H*.

(5) sibi : sit *X Hf*.

(11) ornantur : honorantur *X*.

que l'on appelle aussi *uici* les habitations mêmes de la ville. Le nom du *uicus* vient soit du fait qu'il tient la place (*uice*) d'une cité, soit de ce qu'il n'a que des voies (*uiae*), sans murs. (13) *Castrum* était le nom donné par les anciens à un oppidum situé en un endroit élevé : c'est comme une maison haute (*casa alta*) ; le pluriel de ce mot est *castra*, son diminutif *castellum*¹⁴⁹ ; ou bien ce mot vient de ce qu'était restreinte (*castrare*) la possibilité d'y habiter, pour éviter que la dispersion dans l'espace n'offrît un accès à l'ennemi¹⁵⁰. (14) Les *pagi* sont des lieux formés d'un réseau de fermes pour les habitants de la campagne. On les appelle aussi *conciliabula*, d'après le rassemblement en communauté de beaucoup de gens. (15) Les carrefours sont les endroits où les campagnards ont coutume de se réunir ; on les appelle carrefours (*compita*) parce que plusieurs endroits de la campagne y confluent (*competere*) ; c'est là où se réunissent les paysans¹⁵¹. (16) Constituent les faubourgs (*suburbana*) les constructions qui entourent la cité¹⁵² : c'est comme " sous la ville " (*sub urbe*). (17) Les *moenia* (" murailles ") sont les murs de la cité ; on les appelle ainsi parce qu'ils fortifient (*munire*) la cité, et qu'ils sont comme les fortifications (*munimenta*) de la ville, c'est-à-dire ses défenses. (18) On dit *munium*¹⁵³ (" muraille ") comme *manu factum* (" fabriqué à la main ")¹⁵⁴ ; même chose pour *munus* (" charge "). Les murs sont ainsi appelés d'après la *munitio* (" fortification ") ; c'est comme *muniri* (" être fortifié ") ; parce qu'ils fortifient et protègent l'intérieur de la ville. Le terme *moenia* a une double signification : quelquefois en effet, on appelle *moenia*, au sens large, tous les édifices publics de la cité¹⁵⁵, comme dans ce vers :

*Nous rompons le mur, nous ouvrons largement les constructions de la ville*¹⁵⁶.

Mais au sens propre, les *moenia* sont seulement les murs¹⁵⁷. (19) Le mur est équipé de tours et d'ouvrages de défense. Les tours (*turres*) sont ainsi appelées parce qu'elles sont arrondies (*teretes*) et allongées¹⁵⁸ ; car on dit *teres* de quelque chose qui est rond et qui a de l'élévation¹⁵⁹, comme une colonne. Car même si elles sont de construction carrée et présentent des côtés, on a pourtant, de loin, l'impression qu'elles sont arrondies¹⁶⁰, car tout angle d'un objet de vision s'estompe et disparaît à cause de la distance, et l'image apparaît arrondie. (20) Les *propugnacula* sont les merlons des murs¹⁶¹, ainsi appelés parce que c'est depuis là que l'on défend la place (*propugnare*). (21) Quant au contre-mur (*promurale*)¹⁶², il est appelé ainsi parce qu'il est en avant de la fortification du mur. C'est en effet un mur placé immédiatement en avant du mur. (22) On appelle porte (*porta*) le passage par lequel on peut faire entrer ou sortir quelque chose. Au sens propre, on parle de *porta* pour une ville ou pour un camp¹⁶³, comme on l'a dit plus haut¹⁶⁴. Le *uicus*, comme on l'a dit précédemment¹⁶⁵, ce sont les habitations mêmes de la ville ; d'où vient le nom des voisins (*uicini*). Les voies (*uiae*) sont les espaces resserrés entre les *uici*. (23) Les *plateae* sont les voies continues et larges d'une cité¹⁶⁶ ; elles tirent leur nom de leur largeur, selon le terme propre du grec ; car " large ", en grec, se dit πλάτυς. (24) La voie quintane est le cinquième de la *platea* ; un chariot peut y circuler.

Est autem sine munitione murorum ; licet et uici dicantur ipsae habitationes urbis. Dictus autem uicus eo quod sit uice ciuitatis, uel quod uias habeat tantum sine muris. (13) Castrum antiqui dicebant oppidum loco altissimo situm, quasi casam altam ; cuius pluralis numerus castra, diminutiuum castellum est ; siue quod castrabatur licentia inibi habitantium, ne passim uaga hosti pateret. (14) Pagi sunt apta aedificiis loca inter agros habitantibus. Haec et conciliabula dicta, a conuentu et societate multorum in unum. (15) Compita sunt ubi usus est conuentus fieri rusticorum ; et dicta compita quod loca multa in agris eodem competant ; et quo conuenitur a rusticis. (16) Suburbana sunt circumiecta ciuitatis aedificia, quasi sub urbe. (17) Moenia sunt muri ciuitatis, dicta ab eo quod muniant ciuitatem, quasi munimenta urbis, id est tutamenta. (18) Munium autem dictum, quasi manu factum ; sic et munus. Muri a munitione dicti, quasi muniri, eo quod muniant et tueantur interiora urbis. Moenia autem duplicem habent significationem ; nam interdum moenia abusiue dici omnia aedificia publica ciuitatis, ut :

Diuidimus muros, et moenia pandimus urbis.

Proprie autem moenia sunt tantum muri. (19) Murus autem turribus propugnaculisque ornatur. Turres uocatae quod teretes sint et longae ; teres est enim aliquid rotundum cum proceritate, ut columna. Nam et quamuis quadratae aut latae construantur, procul tamen uidentibus rotundae existimantur, ideo quia omne cuiusque anguli simulacrum per longum aeris spatium euanescit atque consumitur et rotundum uidetur. (20) Propugnacula pinnae murorum sunt, dicta quia ex his propugnatur. (21) Promurale uero, eo quod sit pro munitione muri. Est enim murus proximus ante murum. (22) Porta dicitur qua potest uel importari uel exportari aliquid. Proprie autem porta aut urbis aut castrorum uocatur, sicut superius dictum est. Vicus, ut praedictum est, ipsae habitationes urbis sunt ; unde et uicini dicti. Viae ipsa spatia angusta quae inter uicos sunt. (23) Plateae perpetuae ac latiores ciuitatum uiae sunt, iuxta proprietatem linguae Graecae a latitudine nuncupatae ; πλατύς enim Graeci latum dicunt. (24) Quintana pars plateae quinta est, qua carpentum progredi

(12) uicus² Hf : om. X.

(13) siue — pateret TUX : om. cett. del. Li.

(15) competant : -etunt X -edunt Hf.

(19) omne : -is X Hf.

(25) Les égouts (*cloacae*) sont appelés ainsi parce que les eaux s'y infiltrent (*percolantur aquae*). Ils furent d'abord construits à Rome par Tarquin l'Ancien pour que, toutes les fois que les pluies causeraient une inondation, les eaux soient drainées hors de la cité par les égouts, ce qui devait empêcher que des précipitations durables et violentes n'entraînent la destruction des zones planes et des fondations de la ville par les dévastations des eaux. (26) Les *imboli*¹⁶⁷ sont ainsi appelés soit parce que ce sont des courbures sous la masse de l'édifice¹⁶⁸ (*subuolumina*), soit parce que l'on marche (*ambulant*) en-dessous. Ce sont en effet des portiques disposés de part et d'autre sur les *plateae*. (27) Le forum est l'endroit où se traitent les procès ; son nom vient de *fari* (" parler "), ou du roi Phoronée, qui fut le premier à donner une loi aux Grecs. Cet endroit s'appelle aussi *prorostra*¹⁶⁹ (" devant les rostres ") parce que, lors des guerres puniques, après la capture de vaisseaux carthaginois, on enleva leurs éperons et on les fixa bien en vue sur le forum romain, pour être le signe de cette victoire¹⁷⁰. (28) La curie tire son nom du fait que c'est là que le sénat s'occupe (*cura*) d'administrer toutes les affaires¹⁷¹. (29) Prétoire : parce que c'est là que siège le préteur, pour trancher les différends. (30) Le gymnase est, au sens général, l'endroit des exercices. Cependant, à Athènes, c'était l'endroit où l'on étudiait la philosophie et où l'on s'exerçait à l'étude de la sagesse ; car le grec nomme γυμνάσιον ce que le latin appelle *exercitium*, c'est-à-dire l'exercice. Mais les bains, les endroits fréquentés par les coureurs et les athlètes, sont aussi des gymnases, parce que c'est là que les gens s'exercent chacun à la pratique de son art. (31) Le Capitole, à Rome, est appelé ainsi parce que c'était la tête (*caput*) de la Ville et de sa religion. Selon d'autres, comme Tarquin l'Ancien creusait à Rome les fondations du Capitole, il découvrit à leur emplacement une tête humaine¹⁷² avec une inscription en caractères étrusques, et c'est pourquoi il appela l'endroit Capitole. (32) La citadelle (*arx*) est la partie fortifiée qui domine la ville. Car l'endroit le mieux défendu de la ville est appelé *arx*, du fait qu'il écarte (*arcere*) l'ennemi. De là viennent aussi *arcus* (" arc ")¹⁷³ et *arca* (" coffre ")¹⁷⁴. (33) Les Romains pensent que le nom du cirque vient de la course circulaire (*circuitus*) des chevaux, parce que les chevaux y courent autour des bornes¹⁷⁵. (34) Le théâtre est ainsi appelé d'après le spectacle, *théôria*¹⁷⁶, parce que le peuple y était placé au-dessus des jeux scéniques qu'il pouvait ainsi regarder. (35) Quant à l'amphithéâtre, il est ainsi appelé parce qu'il est composé de deux théâtres. Car l'amphithéâtre est circulaire, tandis que le théâtre est constitué de la moitié d'un amphithéâtre et a la forme d'un demi-cercle¹⁷⁷. (36) Le labyrinthe est un édifice aux murs enchevêtrés, comme celui qui fut construit en Crète par Dédale et où était enfermé le Minotaure¹⁷⁸ ; si l'on y entre sans une pelote de fil, il est impossible de trouver la sortie¹⁷⁹. Cet édifice est construit de telle

potest. (25) Cloacae dictae quod his percolantur aquae. Has primum Romae fecisse Tarquinius Priscus ut quotiens pluuiarum inundatio existeret, per eas aquae extra ciuitatem emitterentur, ne maximis perpetuisque tempestatibus planitiem uel fundamenta urbium strages aquarum subuerteret. (26) Imboli, uel quia subuolumina sunt, uel quia sub his ambulant. Sunt enim portici hinc inde platearum. (27) Forus est exercendarum litium locus a fando dictus, siue a Phoroneo rege, qui primus Graecis legem dedit. Haec loca et prorostra uocantur ideo quod ex bello Punico captis nauibus Carthaginiensium rostra ablata sunt et in foro Romano praefixa ut esset huius insigne uictoriae. (28) Curia dicitur eo quod ibi cura per senatum de cunctis administraretur. (29) Praetorium, quod ibi praetor resideat ad discutiendum. (30) Gymnasium generalis est exercitiorum locus. Tamen apud Athenas locus erat ubi discebatur philosophia et sapientiae exercebatur studium; nam γυμνάσιον Graece uocatur quod Latine exercitium dicitur, hoc est meditatio. Sed et balnea et loca cursorum et athletarum gymnasia sunt, eo quod illic homines in suae artis studio exercitentur. (31) Capitolium Romae uocatum eo quod fuerit Romanae urbis et religionis caput summum. Alii aiunt: cum Tarquinius Priscus Capitolii fundamenta Romae aperiret, in loco fundamenti caput hominis litteris Tuscis notatum inuenit, et proinde Capitolium appellauit. (32) Arces sunt partes urbis excelsae atque munitae. Nam quaecumque tutissima urbium sunt ab arcendo hostem arces uocantur. Vnde et arcus et arca. (33) Circum Romani dictum putant a circuitu equorum, eo quod ibi circum metas equi currant. (34) Theatrum autem ab spectaculo nominatum, ἀπὸ τῆς θεωρίας, quod in eo populus stans desuper atque spectans ludos scenicos contempleretur. (35) Amphitheatrum uero uocatum quod ex duobus sit theatri compositum. Nam amphitheatrum rotundum est, theatrum uero ex medio amphitheatro est, semicirculi figuram habens. (36) Labyrinthus est perplexis parietibus aedificium, qualis est apud Cretam a Daedalo factus, ubi fuit Minotaurus inclusus; in quo si quis introierit sine glomere lini, exitum inuenire non ualet. Cuius aedificii talis est situs

(26) subuolumina : sub uolumine X.

(27) siue — dedit TUX : om. DHf del. Li.

(29) ibi Xf : i. cura H.

(31) religionis : regionis X.

(32) excelsae : -clu- X.

(35) amphitheatro TUX : -if -um D Li. -io H.

manière que quand on ouvre les portes, un tonnerre épouvantable se fait entendre à l'intérieur ; on y descend par plus de cent¹⁸⁰ marches ; à l'intérieur, il y a des statues et des représentations de monstres, des passages innombrables conduisant dans les ténèbres à différentes parties, et toutes choses faites pour tromper qui y entre, de sorte qu'il paraît impossible de revenir de ses ténèbres à la lumière¹⁸¹. Il y a quatre labyrinthes : le premier est celui d'Égypte, le deuxième celui de Crète, le troisième est à Lemnos, le quatrième en Italie¹⁸² ; tous construits de telle sorte que même les siècles ne peuvent les ruiner. (37) Le phare¹⁸³ est une très grande tour¹⁸⁴ dont le nom de phare, commun au grec et au latin, vient de son usage lui-même, parce que les flammes qui le signalent le rendent visible de loin par les navigateurs, comme le construisit, d'après la tradition, pour huit cents talents, Ptolémée à Alexandrie. Il sert, quand les navires sont en mer la nuit, à leur montrer une flamme, pour annoncer les hauts fonds et l'entrée du port, afin que les marins ne soient pas trompés par les ténèbres qui les précipiteraient sur les écueils ; car Alexandrie a un accès rendu dangereux par des hauts fonds trompeurs¹⁸⁵. Par suite, donc, on appelle phares les ouvrages que l'on construit pour qu'ils fassent de la lumière en avant des ports. Car la lumière se dit φῶς, et la vue ὄρος. D'où vient aussi que Lucifer s'appelle en grec φωσφόρος¹⁸⁶. (38) Les *cochleae* sont des tours rondes élevées ; elles sont appelées ainsi par ressemblance avec *cycleae*¹⁸⁷, parce que l'on y monte circulairement, en rond ; comme celle qui est à Rome, haute de 175 pieds¹⁸⁸. (39) Les thermes tirent leur nom de leur chaleur ; car en grec, la chaleur se dit θερμόν. (40) Les bains tirent leur nom du fait qu'il soulagent la tristesse ; car en grec, on disait βαλανεῖον¹⁸⁹, parce que cela supprime les inquiétudes de l'âme¹⁹⁰. On les appelle aussi des gymnases, parce que les athlètes s'y font oindre et masser avant leurs exercices ; car on dit γυμνάσιον en grec et *exercitium* en latin. (41) L'*apodyterium*¹⁹¹, où les baigneurs laissent leurs vêtements, tire évidemment son nom de " se dévêtir " ; car cela se dit en grec ἀποδύειν. (42) *Propina* est un mot grec que le latin déforme en *popina* ; c'est un endroit qui jouxte les bains publics et où, après le bain, on se remet de sa faim et de sa soif¹⁹². D'où les mots *propina* et *propinare* (" boire ")¹⁹³. Car πείνα, en grec, signifie la faim ; c'est que cet endroit supprime la faim. (43) *Tabernae* était autrefois le nom donné dans les quartiers aux petites maisons à une seule pièce des plébéiens, maisons fermées par des planches de bois ; d'où le nom des *tabernariae* (" prostituées "), parce que c'était là qu'elles étaient installées. Le nom des *tabernae* (" tavernes ") vient de ce qu'elles étaient construites de planches et de pièces de bois¹⁹⁴, et si aujourd'hui elles n'ont plus le même aspect, elles gardent pourtant leur nom ancien. (44) Le *macellum* (" marché à la viande ") est ainsi appelé parce que l'on y abat (*mactare*) les bêtes qui sont

ut aperientibus fores tonitruum intus terribile audiatur ; descenditur centenis ultra gradibus ; intus simulacra et monstrificae effigies, in partes diuersas transitus innumeri per tenebras, et cetera ad errorem ingredientium facta, ita ut de tenebris eius ad lucem uenire impossibile uideatur. Quattuor sunt autem labyrinthi : primus Aegyptius, secundus Creticus, tertius in Lemno, quartus in Italia ; omnes ita constructi ut dissoluere eos nec saecula quidem possint. (37) Farum turris est maxima quam Graeci et Latini in commune ex ipsius rei usu farum appellauerunt, eo quod flammaram indicio longe uideatur a nauigantibus, qualem Ptolomaeus iuxta Alexandriam construxisse octingentis talentis traditur. Vsus eius est nocturno nauium cursu ignes ostendere, ad pronuntianda uada portusque introitus, ne decepti tenebris nauigantes in scopulos incidant ; nam Alexandria fallacibus uadis insidiosos accessus habet. Hinc igitur in portibus machinas ad praelucendi ministerium fabricatas pharos dicunt. Nam φῶς lux est, ὄρος uisio dicitur. Vnde et Lucifer Graece Φωσφόρος appellatur. (38) Cocleae sunt altae et rotundae turres ; et dictae cocleae quasi cycleae, quod in eis tamquam per circulum orbemque conscendatur ; qualis est Romae centum septuaginta quinque pedibus. (39) Thermas appellatas quod caleant ; Graeci enim θερμὸν calorem uocant. (40) Balneis uero nomen inditum a leuatione maeroris ; nam Graeci βαλανεῖον dixerunt, quod anxietatem animi tollat. Haec et gymnasia dicuntur, quia ibi athletae uncto corpore et perfricato manibus exercitantur ; nam γυμνάσιον Graece, Latine exercitium dicitur. (41) Apodyterium, ubi lauantium uestimenta ponuntur, ab exuendo scilicet dictum ; ἀποδύειν enim Graece exuere dicitur. (42) Propina Graecus sermo est, quae apud nos corrupte popina dicitur ; est autem locus iuxta balnea publica, ubi post lauacrum a fame et siti reficiuntur. Vnde et propina et propinare dicitur. Πείνα enim Graece famem significat, eo quod hic locus famem tollat. (43) Tabernae olim uocabantur aediculae plebeiorum paruae et simplices in uicis, axibus et tabulis clausae ; unde et tabernariae, quod ibi solebant consedere. Dictae autem tabernae quod ex tabulis lignisque erant constructae, quae nunc et si non speciem, nomen tamen pristinum retinent. (44) Macellum dictum quod ibi mactentur pecora quae mercantibus uenundantur.

(36) autem TUX Hf : secl. Li.

(37) nauium : nauigium T Hf || portibus X : -ubus Li. porticibus TU DHf.

(42) propina : po- X Hf || popina : pro- X Hf.

vendues aux marchands¹⁹⁵. (45) Le nom du marché (*mercatum*) vient du commerce (*commercium*). Car c'est là que l'on vend et que l'on achète ; de même, on appelle *teloneum*¹⁹⁶ l'endroit où arrivent les marchandises des bateaux et où sont payés les salaires des marins. Car c'est là que siège le collecteur d'impôts chargé de faire payer la somme due pour la cargaison, et qui la réclame de vive voix aux marchands. (46) La prison (*carcer*) est l'endroit d'où l'on est empêché de sortir, et son nom vient de *coercere* ("enfermer")¹⁹⁷. D'où Fronton¹⁹⁸ : " Et qu'ils semblaient plutôt faire les Grecs en un endroit charmant qu'être enfermés dans une prison ".

3. Les habitations. (1) *Habitatio* ("habitation") vient de *habere* ("posséder") ; exemple : *habitare casas* ("habiter des cabanes")¹⁹⁹. *Domus* ("maison") vient d'un terme grec ; car *δῶματα*, en grec, signifie "maisons"²⁰⁰. La maison est l'habitation d'une seule famille, comme la ville est celle d'un seul peuple et comme le monde est le séjour du genre humain dans sa totalité²⁰¹. (2) Tout édifice (*aedificium*) recevait chez les anciens le nom de *aedes*. D'après d'autres, ce nom vient de *edere* ("manger") : ils donnent un exemple emprunté à Plaute²⁰² :

Si je vous avais invités à la maison pour un déjeuner...

De là viendrait aussi *aedificium* ("édifice"), parce que cela aurait été construit d'abord pour y manger. (3) La cour (*aula*) est la maison royale, c'est-à-dire une habitation spacieuse enfermée entre quatre portiques²⁰³. (4) L'*atrium* est une grande pièce, c'est-à-dire une maison vaste et spacieuse ; son nom d'*atrium* vient de ce que lui sont adossés trois²⁰⁴ portiques à l'extérieur. Selon d'autres, *atrium* viendrait de *atrum*, "noirci" par le feu et par la lampe ; car l'*atrium* est noirci par la fumée²⁰⁵. (5) *Palatium* ("palais") vient de Pallas²⁰⁶, chef des Arcadiens, en l'honneur duquel ceux-ci construisirent la ville de Pallantée²⁰⁷, et appelèrent *Palatium* la demeure royale fondée en son nom. (6) Quant à *thalamus* ("chambre nuptiale"), voici, d'après la tradition, l'origine de ce nom : après l'enlèvement des Sabines par les Romains, l'une des captives, qui se distinguait des autres par sa beauté, suscitait l'admiration de tous : l'oracle ordonna de la donner au chef Thalamon²⁰⁸ ; et ce mariage ayant été heureux, l'habitude s'installa de reprendre ce mot de *thalamus* pour toutes les noces. Les Égyptiens aussi, dans leur langue, donnent le nom de *thalamus* à l'endroit où se retirent les mariés pour la nuit de noces²⁰⁹. (7) *Coenaculum* ("salle à manger") vient du repas pris en commun ; d'où l'on a aussi *coenobium* pour une communauté²¹⁰. Car les anciens mangeaient ensemble, en commun, et personne n'avait de repas individuel ; cela, pour éviter que ces délices goûtées en secret n'entraînent un luxe excessif²¹¹. (8) Le *triclinium* est la salle à manger, ainsi nommée d'après les trois lits des convives. Car chez les anciens, dans le lieu où était préparé le banquet, on disposait trois lits, sur lesquels les convives prenaient

(45) Mercatum autem a commercio nominatum. Ibi enim res uendere uel emere solitum est; sicut et teloneum dicitur ubi merces nauium et nautarum emolumenta redduntur. Ibi enim uectigalis exactor sedet pretium rebus impositurus, et uoce a mercatoribus flagitans. (46) Carcer est a quo prohibemur exire, et dictus carcer a coercendo. Hinc Fronto: " Et pergraecari potius amoenis locis quam coerceri carcere uiderentur ".

III. De habitaculis. (1) Habitatio ab habendo uocata, ut :
habitare casas.

Domus ex Graeca appellatione uocata; nam δώματα Graeci tecta dicunt. Est autem domus unius familiae habitatio, sicut urbs unius populi, sicut orbis domicilium totius generis humani. (2) Omne aedificium antiqui aedem appellauerunt. Alii aedem ad edendo quiddam sumpsisse nomen existimant, dantes exemplum de Plauto :

Si uocassem uos in aedem ad prandium.

Hinc et aedificium, eo quod fuerit prius ad edendum factum. (3) Aula domus est regia, siue spatiosum habitaculum porticibus quattuor conclusum. (4) Atrium magna aedes est, siue amplior et spatiosa domus; et dictum atrium eo quod addantur ei tres porticus extrinsecus. Alii atrium quasi ab igne et lychno atrum dixerunt; atrum enim fit ex fumo. (5) Palatium a Pallante principe Arcadum dictum, in cuius honore Arcades Pallanteum oppidum construxerunt, et regiam in ipsius nomine conditam Palatium uocauerunt. (6) Thalamum hac ex causa uocatum ferunt: cum enim raptae fuissent a Romanis Sabinae, ex quibus cum una ante alias specie nobilis cum magna omnium admiratione raperetur, Thalamoni duci eam oraculo responsum est dari; et quoniam hae nuptiae feliciter cesserant, institutum est ut in omnibus nuptiis thalami nomen iteretur. Aegyptii quoque lingua sua loca in quibus nubentes succedunt et cubant thalamum nominant. (7) Coenaculum dictum a communione uescendi; unde et coenobium congregatio. Antiqui enim publice et in commune uescabant nec ullius conuiuuium singulare erat, ne in occulto deliciae luxuriam gignerent. (8) Triclinium est coenaculum a tribus lectulis discumbentium dictum. Apud ueteres enim in loco ubi conuiuui apparatus exponebatur tres lectuli strati erant,

(46) hinc — uiderentur TUX : om. DHf secl. Li.

III. (2) plauto : platone f.

leur repas couchés²¹². Car κλίνη, en grec, est le lit sur lequel on se couche, et c'est de ce mot que vient le nom du *triclinium*. (9) La cellule (*cella*) tire son nom du fait qu'elle nous dissimule et nous cache (*celare*)²¹³ ; et la chambre (*cubiculum*), de ce que nous y couchons et y prenons le repos du sommeil. Le lit (*cubile*) est l'endroit où l'on se couche²¹⁴. *Secessus* ("pièce retirée") : parce que c'est un endroit secret, c'est-à-dire sans accès. (10) *Diuersorium*²¹⁵ ("auberge") vient de ce qu'on s'y rencontre en venant de différents endroits. *Hospitium* ("logement d'hôte") est un mot grec²¹⁶ : c'est l'endroit où l'on demeure pour un temps en vertu des lois de l'hospitalité, et d'où l'on s'en va ensuite²¹⁷. C'est pourquoi on dit aussi *metatum*, parce que cela change²¹⁸. Aussi peut-on lire : "ils arpentèrent (*metati sunt*) le camp"²¹⁹, au lieu de : "ils changèrent" ; c'est que l'armée n'y demeure pas, mais elle y passe. (11) Maenius, le collègue de Crassus, fit mettre sur le forum des bois de construction pour créer un endroit où les spectateurs puissent être assis ; et il donna son nom aux *maeniana* ("galeries")²²⁰. Ensuite furent édifîés des *maeniana* soit en pierre soit en bois, avec des portiques, et on les accola aux places²²¹ et aux maisons. (12) Les *tabulata* étaient autrefois des maisons de bois²²² ; d'où vient que le mot de *tabulata* demeure. Un hypogée (*hypogeum*) est une salle souterraine, ce qui se dit en latin *antrum* ("caverne") ou *spelunca* ("grotte"). Le *solarium* ("terrasse") est ainsi appelé parce qu'il est ouvert au soleil et à l'air : tel était l'endroit d'où David vit Bethsabée au bain et s'éprit d'elle²²³. (13) Lors du siège de Jérusalem par Antiochus, Hyrcan, prince des Juifs, fit ouvrir le tombeau de David et en retira trois mille talents d'or, dont il donna trois cents à Antiochus pour qu'il abandonne le siège ; et pour détourner la haine que lui valut cet acte, il consacra, d'après la tradition, le reste de cet argent à fonder des hospices (*xenodochia*) pour accueillir les étrangers pauvres²²⁴ ; ce qui valut leur nom à ces établissements. Car, si l'on traduit en latin le grec ξενοδοχείον, on a l'expression "accueil des étrangers" (*peregrinorum susceptio*). L'endroit où l'on regroupe les malades des places publiques s'appelle en grec νοσοκομείον²²⁵ ; c'est là que l'on soigne les malheureux dont le corps est épuisé par la maladie et la faim.

4. Les édifices sacrés. (1) Sont sacrés les lieux qui ont été établis pour les cultes divins, ceux dans lesquels des autels sont consacrés, où les pontifes rendent la divinité propice selon la règle. (2) Le Saint, chez les anciens, c'est la partie extérieure du Temple. Quant au Saint des Saints, c'était l'endroit le plus secret du Temple, dont l'accès n'était permis qu'au grand-prêtre et à lui seul²²⁶. On parle de Saint des Saints parce que ce lieu est plus saint que la partie du temple qui lui est extérieure, ou parce que, en comparaison du Saint, il est plus saint ; de la même façon que l'on parle du Cantique des Cantiques,

in quibus discumbentes epulabantur. κλίνη enim Graece lectus uel accubitus dicitur, ex quo confectum est ut triclinium diceretur. (9) Cella dicta quod nos occultat et celat. Cubiculum uero, quod eo cubamus ibique dormientes requiescimus. Cubile autem cubandi locus est. Secessus, quod sit locus secretus, id est sine accessu. (10) Diuersorium dictum eo quod ex diuersis uiis ibi conueniatur. Hospitium sermo Graecus est, ubi quis ad tempus hospitali iure inhabitat, et iterum inde transiens migrat. Inde et metatum, quia mutatur. Vnde et legitur " castra metati sunt ", pro " mutauerunt "; non enim illic permanet exercitus, sed pertransit. (11) Moenius collega Crassi in foro proiecit materias, ut essent loca in quibus spectantes insisterent, quae ex nomine eius Moeniana appellata sunt. Haec et solaria, quia patent soli. Post haec alii lapide, alii materia aedificauere porticibus moeniana, et foribus et domibus adiecerunt. (12) Tabulata olim lignae domus fiebant. Inde nomen permanet tabulatorum. Hypogeum est constructum sub terris aedificium, quod nos antrum uel speluncam dicimus. Solarium, quod soli et auris pateat, qualis fuit locus in quo Dauid Bethsabee lauanti aspexit et adamauit. (13) Cum Hierosolymam Antiochus obsideret, Hyrcanus princeps Iudaeorum reserato Dauid sepulchro tria milia auri talenta inde abstraxit, ex quibus trecenta Antiocho dedit ut obsidionem relinqueret ; atque ut facti inuidiam demeret, fertur ex reliqua pecunia instituisse primus xenodochia, quibus aduentum susciperet pauperum et peregrinorum ; unde et uocabulum sumpsit. Nam ex Graeco in Latinum ξενοδοχείον peregrinorum susceptio nuncupatur. Vbi autem aegrotantes de plateis colliguntur, νοσοκομείον Graece dicitur ; in quo consumpta languoribus atque inediis miserorum membra fouentur.

III. De aedificiis sacris. (1) Sacra sunt loca diuinis cultibus instituta, utpote ea in quibus altaria litantibus de more pontificibus consecrantur. (2) Sancta iuxta ueteres exteriora templi sunt. Sancta autem sanctorum locus templi secretior, ad quem nulli erat accessus nisi tantum sacerdoti. Dicta autem Sancta sanctorum quia exteriori oraculo sanctiora sunt, uel quia sanctorum comparatione sanctiora sunt ; sicut Cantica canticorum, quia cantica uniuersa

(9) requiescimus : -amus TX Hf.

(12) hypogeum X : apo- cett. codd.

III. (2) sacerdoti : -ibus X -es Hf.

parce qu'il surpasse tous les cantiques²²⁷. Le mot " saint " (*sanctum*) vient du sang (*sanguis*) de la victime ; car, chez les anciens, rien n'était appelé " saint " que ce qui avait été consacré, c'est-à-dire aspergé par le sang de la victime. De même, est " saint " ce qui est évidemment " inviolable " (*sancitum*). *Sancire*, c'est rendre définitif et inviolable par la menace d'un châtement : c'est ainsi que l'on dit que les lois aussi bien que les murs d'une ville sont " saints " ²²⁸. (3) On dit " propitiatoire " ²²⁹ comme " oratoire " de la " propitiation " ; car la propitiation consiste à apaiser. *Oraculum* (" oracle ") : ce nom vient du fait que c'est de là que sont rendues les réponses de la divinité : *oraculum* vient de *os* (" voix "). (4) Les *penetralia* sont l'endroit le plus secret de l'oracle ; ce nom vient du fait que cet endroit est interne (*penitus*), ou pour ainsi dire à l'intérieur (*paene intus*)²³⁰. L'oratoire est exclusivement consacré à l'oraison, et personne n'y doit rien faire que ce à quoi il est destiné²³¹ et dont il tire son nom. (5) Le monastère²³² est l'habitation d'un seul moine. Car *μόνος*, en grec, signifie " seul ", et *στηριον* " séjour " ; c'est donc le séjour d'un solitaire²³³. (6) *Coenobium*²³⁴ est visiblement un terme formé de grec et de latin²³⁵. C'est en effet la demeure d'un certain nombre de personnes vivant en communauté ; car, en grec, " commun " se dit *κοινός*. (7) " Temple " est un terme général ; car les anciens parlaient de " temples " (*templa*) pour n'importe quel vaste espace ; et *templa* (" temples ") était l'équivalent de *tecta ampla* (" vaste demeure "). Mais on appelait aussi " temple ", d'après *contemplatio* (" observation "), l'espace que l'on définissait en s'orientant vers le soleil levant. Cet espace avait quatre parties : *antica* (" en avant "), celle qui regardait vers l'orient ; *postica* (" d'arrière "), vers l'occident ; *sinistra* (" gauche "), vers le septentrion ; *dextra* (" droite "), vers le midi²³⁶. C'est aussi pourquoi, quand on construisait un temple, on regardait vers l'orient²³⁷ de l'équinoxe, de sorte que les parties du ciel déterminées, à droite et à gauche, par la ligne menée de l'orient à l'occident soient égales ; cela, pour que le consultant, ou celui qui viendrait prier, ait l'orient droit en face de lui²³⁸. (8) *Fana* (" temples ") vient des Faunes²³⁹, auxquels les païens, dans leur erreur, construisaient des temples pour y venir consulter leurs divinités et obtenir leurs réponses. (9) Ce que les anciens appelaient *delubra*, c'était des temples avec une source qui servait aux ablutions avant d'entrer : *delubra*, disait-on, vient de *diluer* (" laver ")²⁴⁰. Ce sont aujourd'hui des sanctuaires avec des sources saintes, auxquelles les fidèles se font baptiser et se purifient ; et c'est à juste titre qu'une sorte de pressentiment les a fait appeler *delubra* : car ils sont là pour la purification des pécheurs²⁴¹. (10) La source²⁴² d'un *delubrum* est l'endroit où l'on est engendré de nouveau²⁴³, et l'on y voit figurés les sept degrés du mystère du Saint Esprit : trois descendants, trois ascendants,

praecellunt. Sanctum autem a sanguine hostiae nuncupatum ; nihil enim sanctum apud ueteres dicebatur nisi quod hostiae sanguine esset consecratum aut consparsum. Item sanctum, quod extat esse sancitum. Sancire est autem confirmare et irrogatione poenae ab iniuria defendere ; sic et leges sanctae et muri sancti esse dicuntur. (3) Propitiatorium quasi propitiationis oratorium ; propitiatio enim placatio est. Oracula dicta eo quod inde responsa redduntur ; et oracula ab ore. (4) Penetralia secreta sunt oraculorum ; et penetralia dicta sunt ab eo quod est penitus, hoc est paene intus. Oratorium orationi tantum est consecratum, in quo nemo aliquid agere debet nisi ad quod est factum, unde et nomen accepit. (5) Monasterium unius monachi habitatio est. Μόνος enim apud Graecos solus, στήριον statio ; id est solitarii habitatio. (6) Coenobium ex Graeco et Latino uidetur esse compositum. Est enim habitaculum plurimorum in commune uiuentium ; κοινὸν enim Graece commune dicitur. (7) Templi nomen generale ; pro locis enim quibuscumque magnis antiqui templa dicebant ; et templa dicta quasi tecta ampla. Sed et locus designatus ad orientem a contemplatione templum dicebatur. Cuius partes quattuor erant : antica ad ortum, postica ad occasum, sinistra ad septentrionem, dextra ad meridiem spectans. Vnde et quando templum construebant, orientem spectabant aequinoctialem, ita ut lineae ab ortu ad occidentem missae fierent partes caeli dextra et sinistra aequales ; ut qui consuleret atque precaretur rectum aspiceret orientem. (8) Fana dicta a Faunis, quibus templa error gentilium construebat unde consulentes daemonum responsa audirent. (9) Delubra ueteres dicebant templa fontes habentia quibus ante ingressum diluebantur ; et appellari delubra a diluendo. Ipsa sunt nunc aedes cum sacris fontibus in quibus fideles regenerati purificantur ; et bene quodam praesagio delubra sunt appellata ; sunt enim in ablutionem peccatorum. (10) Fons autem in delubris locus regeneratorum est, in quo septem gradus in Spiritus sancti mysterio formantur ; tres in descensu et tres in ascensu, septimus uero is est qui et quartus, id est similis

(2) muri : mores X *H^{ac}f.*

(3) quasi — est TUX : om. DHf *secl. Li.*

(7) tecta : templa *f* || antica : antiqua *Hf* -i X || postica : por- X *Hf* || spectabant X : *expec- cett. codd.* || atque precaretur : ac deprecaretur X *Hf.*

(8) faunis : fu- *Hf* funibus X || responsa : -um *f.*

(9) ipsa : -ae *Hf.*

(10) is : id *Hf.*

et le septième, qui est aussi le quatrième, est semblable au Fils de l'Homme, qui éteint la fournaise de feu²⁴⁴, affermit nos pas²⁴⁵ et stabilise les eaux, et en qui habite corporellement la plénitude de la divinité. (11) " Basilique " était autrefois le nom donné à la demeure des rois ; c'est de là que ces monuments tirent leur nom ; car βασιλεύς signifie " roi " et les basiliques sont les palais royaux. Aujourd'hui ce sont des églises qui sont appelées basiliques, parce qu'on y offre à Dieu, qui est le roi de l'univers, le sacrifice du culte. (12) Le *martyrium* est l'endroit des martyrs ; c'est un terme dérivé du grec, parce que le *martyrium* a été construit en souvenir d'un martyr, ou bien parce que s'y trouvent les tombeaux de saints martyrs. (13) *Ara* (" autel ") vient, dit-on, du fait que c'est là que sont brûlées (*ardere*) les victimes. D'autres le font venir des prières, c'est-à-dire de ce qu'on appelle en grec ἀραί; d'où κατάρα, " imprécation contre "²⁴⁶. D'autres veulent que *ara* vienne de *altitudo* (" hauteur "), mais ils ont tort. (14) C'est bien certainement *altare* (" autel ") qui vient de *altitudo*, car c'est comme *alta ara* (" autel élevé "). (15) Estrade (*pulpitum*)²⁴⁷ : parce que le lecteur ou le chantre qui y est placé devant tout le monde peut être vu du peuple (*populus*), pour être mieux écouté. (16) *Tribunal* (" tribune ") : parce que c'est de là que le prêtre donne (*tribuere*) les préceptes de vie. C'est un endroit placé en élévation, d'où l'on peut être entendu de tous. Une autre explication fait venir tribunal de " tribu ", parce que la tribu y est convoquée. (17) *L'analogium* (" ambon ")²⁴⁸ est ainsi appelé parce que c'est de là qu'est prononcé le sermon ; car le sermon, en grec, se dit λόγος ; *l'analogium* lui aussi est placé en hauteur pour que le lecteur ou le chantre qui y est placé devant tout le monde puisse être vu du peuple (*populus*), pour être mieux écouté.

5. Les resserres. (1) Le *sacrarium* est au sens propre l'endroit du temple où sont déposés les objets sacrés, de même que le *donarium* est celui où l'on place les offrandes²⁴⁹, de même que ce que l'on appelle lectisterne, c'est là où les gens s'asseyent²⁵⁰. C'est donc des objets sacrés que l'on y apporte et que l'on en retire que vient le nom du *sacrarium*. (2) *Donaria* : parce que c'est là que l'on dépose les offrandes qui sont apportées au temple. (3) Le trésor (*aerarium*) est ainsi appelé parce que c'est là qu'autrefois le bronze (*aes signatum*) était mis à l'abri. Car c'est le bronze que l'on utilisait, quand il n'y avait pas encore d'or ni d'argent²⁵¹ ; et même si ce sont ces métaux qui ont ensuite servi au monnayage, le nom d'*aerarium* est resté, d'après le métal qui avait été à l'origine du monnayage²⁵². (4) L'armoire (*armarium*) est l'endroit où l'on place les livres concernant les différentes sciences²⁵³. Quant à *l'armamentarium* (" arsenal "), c'est là où l'on met seulement des armes. D'où le vers de Juvénal²⁵⁴ :

Tout ce que renferment d'armes les arsenaux du ciel...

Filio hominis, extinguens fornacem ignis, stabilimentum pedum, fundamentum aquae ; in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. (11) Basilicae prius uocabantur regum habitacula, unde et nomen habent ; nam βασιλεύς rex et basilicae regiae habitationes. Nunc autem ideo diuina templa basilicae nominantur, quia ibi regi omnium Deo cultus et sacrificia offeruntur. (12) Martyrium locus martyrum Graeca deriuatione, eo quod in memoria martyris sit constructum, uel quod sepulchra sanctorum ibi sint martyrum. (13) Aram quidam uocatam dixerunt quod ibi incensae uictimae ardeant. Alii aras dicunt a precationibus, id est quas Graeci ἀράς dicunt ; unde contra imprecatio κατάρα dicitur. Alii uolunt ab altitudine aras, sed male. (14) Altare autem ab altitudine constat esse nominatum, quasi alta ara. (15) Pulpitum, quod in eo lector uel psalmista positus in publico conspici a populo possit, quo liberius audiatur. (16) Tribunal, eo quod inde a sacerdote tribuantur praecepta uiuendi. Est enim locus in sublimi constitutus, unde uniuersi exaudire possint. Alias tribunal a tribu denominatum, quod ad illud tribus conuocetur. (17) Analogium dictum quod sermo inde praedictur ; nam λόγος Graece sermo dicitur ; quod et ipsud altius situm est ut in eo lector uel psalmista positus in publico conspici a populo possit, quo liberius audiatur.

V. De repositoriis. (1) Sacrarium proprie est locus templi in quo sacra reponuntur, sicut donarium est in quo collocantur oblata, sicut lectisternia dicuntur ubi homines sedere consueuerunt. Ab inferendis igitur et deportandis sacris sacrarium nuncupatur. (2) Donaria uero, eo quod ibi dona reponantur quae in templis offerre consueuerunt. (3) Aerarium uocatum quia prius aes signatum ibi recondebatur. Hoc enim olim in usu erat auro argentoque nondum signato : ex quorum metallis quamuis postea facta fuisset pecunia, nomen tamen aerarii permansit ab eo metallo unde pecunia initium sumpsit. (4) Armarium locus est ubi quarumcumque artium instrumenta ponuntur. Armamentarium uero ubi tantum tela armorum. Vnde Iuuenalis :

Quidquid habent telorum armamentaria caeli.

(12) martyrum : -is X -ii Hf || sepulchra : sepultura X.

(13) κατάρα : satura X Hf.

(17) ut — audiatur TUX : om. X Hf secl. Li.

V. (1) consueuerunt : -ant X.

(4) habent : -et Hf Li.

Les deux mots viennent²⁵⁵ des *armi*, c'est-à-dire des bras desquels on se sert. (5) La bibliothèque est l'endroit où sont déposés les livres ; car le livre se dit en grec βιβλίον, et le dépôt θήκη²⁵⁶. (6) Le *promptuarium*²⁵⁷ (" garde-manger ") est ainsi appelé parce que c'est de là qu'on retire (*promuntur*) — c'est-à-dire que l'on va chercher — les vivres. (7) Cellier : parce que c'est là que l'on stocke ce qui sert à la table, ou les victuailles en surnombre. La différence entre le *promptuarium* et le *cellarium* est que le *promptuarium* concerne le court terme et le *cellarium* le long terme²⁵⁸. (8) L'apothèque, c'est-à-dire le grenier, vient du grec ; on peut traduire terme à terme par *repositorium*²⁵⁹ ou *reconditorium*²⁶⁰ (" magasin "), parce que c'est là que l'on entrepose le produit des récoltes²⁶¹. C'est aussi pourquoi nous donnons le nom grec d'*entheca*²⁶² à toute espèce de dépôt important.

6. Les lieux de travail. (1) L'*ergasterium* (" atelier ")²⁶³ est l'endroit où s'effectue un travail quelconque. En grec, en effet, ἔργα signifie " travaux ", et στήριον " poste " : c'est donc un poste de travail. (2) Vient aussi du grec le nom des ergastules²⁶⁴, où sont assignés les criminels pour y accomplir un travail quelconque ; c'est le cas des gladiateurs et des fugitifs, qui taillent le marbre tout en étant entravés par des chaînes. (3) Le mot grec de gynécée vient de ce que les femmes s'y rassemblent pour y travailler la laine. Car la femme, en grec, s'appelle γυνή. (4) *Pistrinum* (" moulin ") est comme *pilistrinum*, parce qu'autrefois on écrasait le grain avec un pilon (*pilum*)²⁶⁵. C'est pourquoi les anciens ne parlaient pas de *molitores* (" meuniers "), mais de *pistores* (" pileurs "), équivalent de *pinsores* (" batteurs "), mot qui vient de " battre (*pinsere*) les grains de blé " ; car la meule n'était pas encore en usage et l'on broyait le grain avec un pilon²⁶⁶. D'où ce vers de Virgile²⁶⁷ :

Tantôt grillez le blé au feu, tantôt broyez-le sous la pierre.

(5) *Clibanus* (" tourtière ") vient de *cliuus* (" pente "), parce que c'est une masse qui s'élève²⁶⁸ ; car on dit *cliuus* pour quelque chose qui monte en ligne courbe. (6) *Furnum* (" four ") vient, par dérivation, de *far* (" blé "), puisque c'est là que l'on cuit le pain fabriqué avec du blé²⁶⁹. (7) Le *torcular* (" pressoir ") est ainsi appelé parce qu'on y écrase (*calcare*) les grappes et qu'on les y presse pour en exprimer le jus²⁷⁰. (8) Le *forum* est l'endroit où le raisin est écrasé ; son nom vient de ce qu'on y apporte (*ferre*) le raisin, ou de ce qu'il y est foulé (*ferire*) avec les pieds : c'est pourquoi on l'appelle aussi *calcatatorium* (" lieu où l'on foule la vendange ")²⁷¹. Mais ce mot a plusieurs significations : la première espèce de forum²⁷² est le lieu de la cité qui est réservé au marché ; la deuxième, l'endroit où le magistrat rend ses jugements²⁷³ ; la troisième est ce dont nous avons parlé

Dicta autem utraque ab armis, id est brachiis, quibus exercentur. (5) Bibliotheca est locus ubi reponuntur libri; βιβλίον enim Graece liber,θήκη repositorium dicitur. (6) Promptuarium dictum eo quod inde necessaria uictui promuntur, hoc est proferuntur. (7) Cellarium, quod in eo colligantur ministeria mensarum, uel quae necessaria uictui supersunt. Inter promptuarium autem et cellarium hoc interest quod cellarium est paucorum dierum, promptuarium uero temporis longi est. (8) Apotheca autem uel horrea a Graeco, uerbum e uerbo repositoria uel reconditoria dici possunt, eo quod in his homines elaboratas fruges reponunt. Vnde et enthecā Graeco nomine repositam rei copiosam substantiam appellamus.

VI. De operariis. (1) Ergasterium locus est ubi opus aliquod fit. Graeco enim sermone ἔργα opera, σταθιον statio; id est operarii statio. (2) Ergastula quoque et ipsa a Graeco uocabulo nuncupantur, ubi deputantur noxii ad aliquod opus faciendum; ut solent gladiatores et exules, qui marmora secant et tamen uinculorum custodiis alligati sunt. (3) Gynaecium Graece dictum eo quod ibi conuentus feminarum ad opus lanificii exercendum conueniat. Mulier enim Graece γυνή nuncupatur. (4) Pistrinum quasi pilistrinum, quia pilo antea tundebant granum. Vnde et apud ueteres non molitores sed pistores dicti, quasi pinsores, e pinsendis granis frumenti; molae enim usus nondum erat, sed granum pilo pinsebant. Vnde et Vergilius:

Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.

(5) Clibanus a cliuo dictus, ab eo quod in erectione sit collectus; cliuum enim ascensum dicimus siue flexuosum. (6) Furnum per deriuationem a farre dictum, quoniam panis ex eo factus ibi coquitur. (7) Torcular dictum eo quod ibi uuae calcantur atque extortae exprimantur. (8) Forus est locus ubi uua calcatur, dictus quod ibi feratur uua, uel propter quod ibi pedibus feriatur; unde et calcatorium dicitur. Sed hoc nomen multa significat: prima species fori locus in ciuitate ad exercendas nundinas relictus; secunda, ubi magistratus iudicare

(5) βιβλίον: biblio TUX DHf βιβλος Li.

(8) a: om. X Hf || enthecā: tenticā Hf.

VI. (4) pinsores: finsores f pinsitores X || pinsendis: findendis Xf || pinsebant: findebant X Hf || igni: flammis X Hf.

(5) a cliuo — flexuosum TUX: in marg. H om. Df secl. Li.

précédemment, ce que nous avons appelé *calclatorium* ; la quatrième, c'est une surface plane sur un bateau²⁷⁴, dont parle Virgile²⁷⁵ :

Il vide le tillac.

(9) Le réservoir (*lacus*) est ainsi appelé parce que c'est là que coule le jus²⁷⁶.

7. Les accès. (1) *Aditus* (" accès ") vient de *adire* (" aborder ")²⁷⁷ : c'est par là que nous entrons, c'est ce qui nous permet l'accès. (2) Le vestibule est soit l'entrée d'une maison particulière, soit l'espace attenant à un édifice public. Le nom du vestibule vient de ce qu'il revêt (*uestire*) les portes, ou de ce qu'il est une couverture qui revêt (*uestire*) l'entrée²⁷⁸, ou bien de ce qu'il se dresse (*stare*). (3) Portique : parce que c'est un passage, plutôt qu'un endroit où demeurer ; c'est comme une porte ; aussi *porticus*, parce qu'il est ouvert (*apertus*). (4) *Ianua* (" porte ") tire son nom d'un certain Janus, auquel les païens consacraient l'entrée et la sortie. D'où ce vers de Lucain²⁷⁹ :

Maintienne fermés les battants de fer du belliqueux Janus.

